



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Punct. 1. An operari ex conscientia dubia peccatum sit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

ex tua opinione tibi probabiliori visa, alterius firmius habeat, non censeatur absolute firmius ius habere, ac proinde non cogetur pro illo sententiam ferre.

9 Aduertit autem optimè Valquez *suprà*, & ex illo Sanchez *cap. 9. in Decalog. num. 48.* iudicem in eligendis opinionibus attendere solum debere quæ allegata sunt, non quæ allegari possunt. Neque posse alicui parti quæ allegare, vel probare debeat, aperire, cum hoc sit officium non iudicis, sed Aduocati.

## PUNCTVM XI.

## Quam opinionem sequi possit Aduocatus.

- 1 Qui censeant, & qua ratione, te non posse esse Aduocatum actoris contra reum in causa probabilis.
- 2 Contrarium approbatur.
- 3 Potest Aduocatus in causis probabilibus iam unam, iam alteram partem defendendam suscipere. At in regno Castella suscepto patrocinio vnus, non potest contrarium suscipere patrocinium.
- 4 Limitans aliqui in causa sanguinis, vel in causa gravis momenti.
- 5 Non approbatur limitatio.

1 **N**oster Valent. 2. 2. *disput. 5. quæst. 16. punct. 14. concl. 1.* & 2. dixit te non posse in causa aequè probabili Aduocatum esse actoris contra reum, attento iure politico, idem sentit Syluest. *verbo Aduocatus, quæst. 13.* mouetur ex *reg. 11. iur. in 6.* cum sunt partium iura obscura, præcipitur fauendum reo potius, quam actori. Quod si dicas textum loqui de iudice, non de Aduocato, præterquam quod non est certum, cum absolute loquatur, hinc desumitur non lute argumentum. Nemini licet petere, & persuadere, quod alius efficere non potest, sed cum est causa æqualis, tenetur iudex sententiam pro reo dare, & non potest illam præstare in fauorem actoris. Ergo Aduocato non licet id postulare.

2 Verum communis sententia est posse Aduocatum causam sibi probabilem, etiam relicta probabiliori patrocinari, tam attento iure naturæ, quam attento iure canonico. Munus enim Aduocati est, veritatem partis, quam defendit, elucidare, & rationibus, ac allegationibus iudicem ad sententiam in fauorem sui clientis inflectere, quod ubi est causa probabilis, fieri prohibito potest. Nam licet sibi ius contrariae partis probabilis appareat, fortè iudici non apparebit. Quare Aduocatus non petit à iudice sententiam in fauorem actoris contra reum, casu quo iudex illam dare non possit, sed repræsentat iudici ius actoris, ut ipse examine, & videat, an possit pro illo sententiam ferre, ipseque Aduocatus existimat posse, eo quod pars, quam defendit, habeat probabile ius, & fortè aliis probabilius: & ita tenet, & late probat Burgos de Paz in *proemio legum Tauri, num. 409.* & *seqq.* Gutierrez *canon. 99. lib. 1. cap. 13. num. 24.* Lessius *lib. 2. de iustit. cap. 31. dub. 9.* Sayrus *clauvregia lib. 1. cap. 1. num. 17.* Salas 1. 2. *quæst. 21. tr. 8. disput. vnica, sect. 11. n. 104.* Thomas Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 9. n. 51.* Ioan. Sanchez *disp. 44. n. 54. fin.* Valquez *disp. 64. c. 1. numer. 4.* Nauarr. *summ. cap. 25. n. 28.* Azor. *tom. 1. lib. 2. inf. c. 17. q. ult.* Villalobos *tom. 1. summ. tract. 1. diff. c. 14. n. 3.* & affirmat esse communem Anton. Perez *certam. 10. scholast. dub. 2. c. 15. n. 67.* & *seqq.* & probabilem reputat Valent. *suprà conel. 4.* & innuatur in *cap. si virgo 34. q. 2.* & colligitur ex *l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. ubi* lex solum causam desperatam præcepit Aduocato deserere.

3 Ex quo fit attento iure naturæ, & canonico posse Aduocatum inter causas probabiles iam vnus partis iam alterius patrocinium suscipere, & in diuersis articulis, & diuersa instantia, puta aduocando pro vna in causa principali, & pro alia in causa appellationis. Est res certa, vt tradit Ioan. Andr. & Præposit. in *cap. disciplina, distinct. 46.* Speculator. *titul. de Aduocatis.* Syluest. *suprà, quæst. 13.* Verum etiam in eadem causa (si absit scandalum) quia dum pro vtraque parte est probabilitas, neque apparet iniustitia, vtraque pro libito defendi potest: neque enim maior ratio est, quare potius possit vnam, quam aliam defendere. Si dicas arctatum esse defendere eam, quam primò suscipit, eo quod allegans contraria non sit audiendus, *l. 1. C. de feris. l. cum precum. C. de liberali causa:* facile responderetur allegantem contraria facta non esse audiendum, secus allegantem contraria iura. Verum etsi hoc ita sit, attento iure naturæ, & canonico, vt *suprà* relati Doctores docent. At attento iure nostri regni nulli Aduocatorum licet vnus litigantis causa suscepta alterum in eadem causa patrocinari ex *l. 13. tit. 16. lib. 2. noua compil.* & hoc non solum in eadem instantia, sed neque in diuersis, vt probat Azuvedo *ibi, cum aliis.* & Burg. de Paz in *proemio leg. Tauri. n. 410.* Salas *sect. 12. n. 119.* Addit tamen Azuvedo *l. 17. n. 5. §. 6.* lite nondum coepta, & actibus nondum factis per aduocatum posse de rigore pro contraria parte aduocare, si ei salarium non sol-

uatur: at indecens esse ob non solum salarium partem suscipiam relinquere, & in aliam inflectere, nisi de licentia iudicis, & placet dictum.

4 Supradictam doctrinam limitant aliqui, ne habeat locum in causa criminali, sanguinis, & honoris, & in causa civili maximi momenti, qualis esset alicuius insignis maioratus vel possessionis omnium honorum. In his enim existimant te non posse causam minus probabilem defendere, in reliquis verò minoris momenti posse: ita tradit Sotus *lib. 5. de iustit. q. 8. art. 5.* Bannes 2. 2. *quæst. 71. art. 4. in 1. part. dub. 5.* Salon. 2. 2. *q. 62. art. 3. contr. 2.* Aragon. *ibi.* Mercado *lib. 6. de contr. c. 8.* Burgos de Paz *suprà num. 421.*

5 Verum hæc limitatio necessaria non est, vt rectè Valquez *suprà*, ex quo Salas, Thom. Sanchez, Villalobos, Anton. Perez, & alij *suprà* relati desumpserunt. Quia Aduocatus ideo in rebus minoris momenti causam probabilem patrocinari potest, quia eius munus solum est merita clientis sui allegare, & iudici examinanda, & decidenda proponere, & si iusta sunt, rogare, & persuadere, vt pro illo sententiam ferat: quæ ratio aequè probat siue res sit maioris, siue minoris momenti, siue civilis, siue criminalis. Neque item limitanda est doctrina, vt limitat Thom. Sanchez *suprà num. 54.* ad causam parum probabilem. Nam dato quòd probabilis sit, potest absolute eius patrocinium Aduocatus suscipere, sicuti potest cliens illam intentare. Quoniamque enim potes contra aliquem mouere litem, poteris Aduocatum habere, vt bene dixit Valquez *n. 4.* & continentur reliqui Doctores absolute loquentes.

Aduertunt Syluest. *verbo Aduocatus quæst. 10.* Salas *sect. 11. n. 103.* Thom. Sanchez, *n. 51.* Ioan. Sanchez, *n. 54.* Valquez *cap. 1. n. 3.* & alij debere Aduocatum clienti suo veritatem aperire, neque illi firmius ius, quam habeat, proponere. Quòd si illum decipiat, existimat, & bene, Thom. Sanchez, *suprà*, & Syluest. obligatum esse restituere, casu quo cliens cognito dubio causæ non esset litigaturus.



## DISPUTATIO III.

## De conscientia dubia.

**V**æ in disput. præcedenti desiderari poterant, inuenies in præsent.

## PUNCTVM I.

## An operari ex conscientia dubia peccatum sit.

- 1 Qua ratione conscientia dubia esse possit.
- 2 Conscientia dubia esse potest, vel de iure, vel de facto.
- 3 Aliud dubium est speculatiuum, aliud practicum.
- 4 Cum dubio speculatiuum sit iudicium practicum de rebus operatione.
- 5 Operari cum dubio practico est intrinsecè malum.
- 6 Dubitans speculatiue de aliquo præcepto, si rationabiliter dubium non deponat, obligatus est partem tutiorem eligere.
- 7 Qua sit pars tutior.
- 8 In quibus sita sit difficultas.

1 **S**uppono ex dictis in princ. huius tractatus, dubiam conscientiam dupliciter se habere. Primò, si rationibus hinc inde perpenis, non valet intellectus iudicium etiam probabile efformare, sed hæret anceps, deucendo, si reflexè iudicet sibi incertum esse, an res illa ita sit, vel non sit.

2 Suppono secundò hanc conscientiam dubiam esse posse, vel de aliquo iure, vel de aliquo facto. De iure, vt si dubites, an lata sit lex, vel præceptum: de facto, vt si dubites, an occideris, vel alterius damni causa fueris, ex cuius occisione, vel damnificatione obligatus es restituere.

3 Suppono tertio, aliud esse dubium speculatiuum, aliud practicum, v. g. dubitare potes, an hæc res, quam possides, tua sit, non tamen dubitas, an illam possis retinere; imò de retentione es certus ratione possessionis, etsi de proprietate dubites. Item certum est dubio factis esse præceptum audiendi Missam, dubitas tamen, an excuteris ob aliquam circumstantiam. Ad regulandas actiones attendi debet dubium practicum, quod contingit, quando hic, & nunc dubitas, an aliquo præcepto tenearis.

4 Suppono quarto, cum dubio speculatiuo stare optimè posse iudicium practicum de rebus operatione, vt in exemplis allatis constat. Requiritur autem, vt si cum dubio speculatiuo rectè operetur, aliquam rationem efficacem, seu probabilem habeat, quæ tale dubium practice deponat, hoc est, quæ sibi persuadeat hic, & nunc talem operationem licitam

licitam esse; alias contra rationem operaretur; iudicio illi speculatio non se conformando. Si enim generaliter iudices nemini licere die festo feruilia opera facere; causa aliqua debet adesse, ob quam iudices tibi licitum esse: alias peccabis illa exerceo. Et ita tenet Cordub lib. 3. q. 9. q. 5. dub. 5. post. 1. proposit. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 40. scilicet 5. n. 24. Valquez 1. proposit. Suarez 5. tom. in 3. part. disp. 40. scilicet 5. n. 24. Valquez 1. de matr. disp. 41. n. 6. Et lib. 1. in D. cal. c. 9. n. 3. Et c. 10. n. 7. Et 8. Ioan. Sanch. disp. 42. n. 1. ex quo fit ad variandum iudicium (speculationum necessitas requiritur diligentiam aliquam, vt bene dicit Th. Sanch. supra lib. 1. c. 10. n. 7. Et 8. quia non pro libito variari potest. At diligentia est requirita ad inuestigandam rationem alicuius probabilem; illa autem inuenta nihil amplius desideratur, lus potius.

5 Dicendum est operari cum conscientia practice dubia, hoc est, cum dubio, an hic, & nunc aliquo precepto tenearis, esse intrinsece malum & peccatum. Est conclusio ab omnibus recepta. Primum, quia sic operans manifesto periculo transgreditur preceptum, & legem Dei te exponis. Secundo, facis contra amicitiam Dei, liquidem eius voluntati prefers tuam, vel aliorum utilitatem, ob cuius gratiam facis opus, de quo dubitas gratum, vel ingratum fit Deo, nihil existimans sine illi ingratum. Tertio, talis operatio bona esse non potest, ad rectam enim operationem cognitio de bonitate obiecti requiritur, alias voluntas non dicitur bonum amare. Qui autem dubitat de bonitate, non potest dici obiecti boni cognitionem habere. Ergo non potest talis cognitio communicare bonitatem operationi. Malitiam autem bene potest communicare; quia ad hoc sufficit cognoscere malum sub dubio, bonam enim ex incepta causa, maium ex quolibet defectu. Neque ad hanc malitiam necessarium est iudicium reflexum, quo iudices incertum esse, an sit malum id de quo dubitas, sufficit enim dubitare esse incertum, vt bene probat Valq. 1. 2. disp. 65. c. 1. n. 4. & Th. Sanch. lib. 1. in De. ac. c. 10. in primis. Suarez 6. tom. in 3. part. disp. 40. scilicet 5. n. 2.

6 Hinc fit dubitanti speculatio de obligatione alienius precepti, si rationabiliter dubium non deponat, obligatum esse eligere partem tutiorem. Est conclusio euidens ex supradictis. Nam dubium speculatiuum infert necessitatem dubium practicum per se, nisi ex aliqua circumstantia deponatur. Ergo vt peccatum non committatur, debet sic dubitans pro vitibus periculum peccandi vitare. Tenetur ergo eligere partem tutiorem; & in hoc casu regula iuris, In dubis tutior pars est eligenda, non est consilium, sed preceptum, vt bene aduertit Th. Sanch. lib. 2. de matr. disp. 41. n. 9. & Azor. sit. 4. in st. moral. lib. 2. c. 16. in fine, & videtur decidi cap. illud dominus, de clerico excommunicato.

7 Illa autem dicitur pars tutior, in qua nihil mali repraesentatur, quod si duo precepta incompatibilia concurrant, quae discenda sit tunc pars tutior, non est facile definire. Firma enim regula statui non potest, cum semper preceptum diuinum posituum naturali praefertur ob bonum commune. Preceptum enim seruandi sigillum confessionis, consecrandi in duplici specie, culibet alio precepto seruandi vitam, & honorem cuiuslibet praeualet. Et contra vero preceptum naturale seruandi vitam, honorem, diuitias proprias, vel alienas, precepto diuino seruandi festum, communicandi, & similibus aliis antefertur. Quapropter quod alicui attonis circumstantiis, & examinatis rationibus pro temporis opportunitate minus malum seise obrulerit, illud respectu illius dicendum est pars tutior, ac proinde eligendum, iuxta textum in c. duo mala, 1. q. dist. 8. in c. noui testicularum, ead. dist. Quod si discernere non valeat, quodnam ex illis preceptis praeualeat, quodlibet eligere potest, cum non sit maior ratio vnius quam alterius, & vtrumque impleri nequit, vt relato Corduba, & Medina docet Th. Sanch. lib. 1. in Decal. c. 9. num. 1. q.

8 Difficultas solum est, qua ratione dubium speculatiuum, & practicum deponi possit, vt licita sit operatio, siue vnam, siue duo precepta incompatibilia concurrant, quod in sequentibus punctis examinare pergitur.

PUNCTUM II.

An possessio legitima in materia iustitiae sufficiens titulus sit deponendi dubiam conscientiam, & honestandi operationem.

- 1 Explicatur questio.
- 2 Quid sentiat Adrian.
- 3 Quid sentiat, & alij
- 4 Possidens rem bona fide, & facta sufficienti diligentia, an sit facta, si vincere dubium non potest, eam poterit retinere.
- 5 Proponitur obiectio.
- 6 Soluitur.
- 7 Suborta dubitatione debet fieri diligentia ad inuestigandum verum dominum.
- 8 Si bene diligentiam omittat, cum dominus comparere poterit, de Castro sum. Mor. Pars I.

rat, tenoris ad restitutionem.

- 9 Probabile est oppositum.
- 10 Si promissa debita diligentia propendes magis rem illam alienam esse, affirmant plures te obligatum esse restituere, vel saltem diuidere.
- 11 Probabilis est te obligatum non esse.
- 12 Possessio legitima titulus est sufficiens non solum ad retinendam rem, sed etiam ad illam alienandam.
- 13 Alienans contractu oneroso, debes monere emptorem de dubio.
- 14 Si certo tibi constat debitum contraxisse, dubius tamen es, an solueris, tenoris solueris.

**V** Erbi gratia, dubitas de te, quam legitime possides an tua sit, poteris retinere, & a tenare?

2 In hac re Adrian. 4. de rest. quest. de prescrip. § hoc, supposito, & quodlib. 2. art. 2. ad 2. confirm. primi argum. asserit facti examine sufficienti, si adhuc permanens dubius, debere rem illam restituere. Quia in dubiis pars tutior est eligenda, cap. inueni, de sponsal. cap. ad audiendam, de homicid. Constat autem tutius esse restituere, quam retinere: quia in restitutione nullum potest esse peccatum, neque iniuria, in retentione vero esse potest.

3 Sotus in 4. de inst. quest. 5. art. vlt. prope finem. Martio. de Ledelm. 2. part. 4. q. 13. art. 1. sub. 14. fol. 231. Aragon. 2. 2. q. 62. art. 1. tract. de domino ante § huc constitutus, & reputat probabile Corduba lib. 3. q. 6. ad 3. in 1. § l. d. cum te teneat diuidere rem cum persona, de qua dubitas an eius sit, si persona est tibi cognita: si illam non cognoscis, cum pauperibus est diuidenda. Quia stante aequali dubio, aequale ius videtur esse vtriusque partis. Ergo res diuidi debet.

4 Alij tamen Doctores (quibus libenter assentior) absolute docent, si rem bona fide possidisti, & postea dubitas cuius sit; factaque sufficiente diligentia ad inuestigandum verum dominum, vincere dubium non potes, te posse retinere. Quia possessio est sufficiens titulus deponendi dubiam conscientiam, & honestandi retentionem: sic Couarr. reg. possess. 2. part. § 7. nu. 4. & reg. peccatum, 3. part. initio, n. 4. Molin. rom. 1. de inst. ar. 2. disp. 35. sine, & disp. 36. o. cl. 1. Villalobos tom. 1. sum. tract. 1. diff. 20. n. 1. Th. Sanchez lib. 2. de matr. disp. 41. n. 12. & lib. 1. in Decal. c. 10. n. 9. Salas 1. 2. tract. 8. disp. vn. sect. 2. 3. m. 22. Valquez disp. 66. c. 7. n. 36. Sayrus lib. 1. in clau. regia. c. 13. n. 13. Anton. Perez in sua laurea, circ. 10. scholast. n. 127. Azor. tom. 1. lib. 2. cap. 19. § 5. & 9. 8. ad primam rationem. Egid. de Coninch de sacram. disp. 34. dub. 10. n. 93. Ioann. Sanchez disp. 43. m. 1. & alij plures possent referri. Probo primo ex reg. iur. in 6. § 5. & reg. 170. ff. eod. in. In pari causa, & delicto melior est conditio possidentis. Cum ergo aequaliter dubites, an tua, vel aliena res sit, & ex alia parte tu possideas, melior est tua conditio, vt possis retinere. Secundo in foro externo spoliandus non esses in tali dubio re illa, siquidem cum sunt partium iura obscura, teo potius fauendum est, quam auctori, ex reg. 11. de irregul. iur. in 6. & quia possessor bonae fidei sine plena, & euidenti probatione in contrarium remoueri non debet. lib. 1. in fin. c. de conditionibus infertis, & probat Salas sup. num. 22. 6. & Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 4. num. 32. Sed forum internum semper externo conformari debet, quando externum falsa praesumptione non innititur, vt docent Bad. in h. m. ing. ess. num. 49. C. de sacrosanct. Eccles. Sotus lib. 4. de inst. q. 5. art. 3. vers. quarto arguitur. Couarr. n. cap. cum ess. num. 7. de rest. me. 1. Valquez 1. 2. om. 1. disp. 66. cap. 1. num. 3. Salas, quest. 12. tract. 8. disp. vn. § 18. n. 166. & n. 171. & n. 126. Garcia 2. tom. de benef. par. 9. ap. 1. n. 10. Thomas Sanchez lib. 1. de matr. disp. 5. num. 20. ad medium, & lib. 2. de matr. disp. 41. in m. 12. & lib. 1. in Decalog. cap. 10. num. 9. & num. 11. & lib. 2. c. 23. n. 40. in fine. Suarez de censur. disput. 40. scilicet 5. num. 16. Ioan. Sanchez in select. disp. 42. num. 4. circa finem, & disp. 48. num. 55. & alij ab ipsis relati. Ergo cum in foro externo spoliandus te posses- sa non esses, neque etiam in foro interiori te debes spoliare. Tertio, esto aequale sit dubium, an tua, an aliena res sit, ac non est dubium te illius esse possessorem. Ergo nulli facis iniuriam in possidendo. Quarto, duplex ius superare debet vnum: ex parte tua est duplex ius in te, quam possides, alterum ius dubium proprietatis, alterum ius certum possessionis: Ex parte alterius est solum ius dubium proprietatis: Ergo tuum ius superius est iure alterius. Ergo non est, cut rem, neque aliquid illius à te debes expellere.

5 Dices, ex tali dubitatione possessionem interrumpi, cessat enim bona fides in possidente, quae consistit in eo quod existimet rem, quam possidet, suam esse, quod non potest affirmare, qui dubitat: cessante autem possessione, iam aequale ius est vtriusque partis. Ergo res retineri non potest ab vno, sed vel relinqui debet à dubitante, vel diuidenda inter vtrumque.

6 Facile obiectioni sit satis. Dubitatio namque impedit bonam fidem in incipiente possidere, quia iniuste rem tibi arrogat, quam non magis estimat ad se, quam ad alium pertinere. At in continuatione possessionis solum requiritur, vt ignoret esse alienam, quia dum non probatur esse alienam, pro possi-

